


## Exemplum genituræ propositæ



Conclusio prima. Plura itinera longa facturum, significant Sol & Pars fortunæ in quarta cadente.

Conclusio secunda. Sed non erit in his sine grauitate, labore atq; tardis reuerlionibus, quoniam radij Martij & Saturni Solem circundant. Etiam hoc affirmatur ex Venere domina nonæ, quæ est etiam domina partis itinerum in opposito partis infortunata. Item applicatio domini ascendentis ad Solem.

Conclusio tertia. Impedimentum unum sentiet in itineribus suis, ex præcipitatione aliqua, uel ex uentorum flatibus ualidis, nam Mars dominus luminarium collocatus est in signo igneo & fixo.

Conclusio quarta. Plura suorum itinerum erunt uersus septentrionem, & occidentem, pauca uero uersus orientem, id delignatur ex loco significatoris.

Conclusio quinta. Nec sua itinera erunt continua, sed interrupta, quia significatores sunt tantum in signis unius figuræ.

Conclusio sexta. Bonæ legis uirum obseruatorem, & sapientem, Dodecatemorion Iouis in domo Mercurij insinuat.

Conclusio septima. Eius somnia plurimum uerificabuntur, id arguit signum nonæ fixum, &c.

Conclusio octaua. Itinera bræuia plura faciet, & in illis utilitatem habebit id capitur à Luna tertia domina triplicitatis tertiæ domus, & eius præsentia ibi salua, uerum in his perficiendis tardus erit, concluditur à tardo cursu Lunæ.

Caput